

lemensium enim colonia, quae inter Phoenicem et Palestinam sita est, nihil praeter nomen coloniae habet. — § 4. Sed et Emisena civitati Phoenices imperator noster jus coloniae dedit. jurisque italici eam fecit. — § 5. Est et Palmyrena civitas in provincia Phoenice prope barbaras gentes et nationes collocata. — § 6. In Palaestina duae fuerunt coloniae, et Caesariensis, et Aelia Capitolina, sed neutra jus italicum habet. — § 7. Divus quoque Severus in Sebastenam civitatem coloniam deduxit. — § 8. Indicia quoque Zernensium colonia a divo Trahiano deducta, juris italici est. — § 9. Zarnizegethuza quoque ejusdem juris est: item Napocensis colonia, et Apulensis, et Patavicensium vicus, qui a D. Severo jus coloniae impetravit. — § 10. Est et in Bithyonia [colonia] Apamena, et in Ponto Sinopensis. — § 11. Est in Cilicia Selinus, et Trahianopolis.

2. Idem, lib. 28, ad Sabinum.

Vitia priorum censuum, editis novis professionibus, evanescent.

5. Idem, lib. 2, de Censibus.

Etatem significare necesse est: quia quibusdam aetas tribuit, ne tributo onerentur: veluti in Syriis a quatuordecim annis masculi, a duodecim foeminae usque ad sexagesimum [quintum] annum tributo capitis obligantur: aetas autem spectandi censendi tempore. — § 1. Rebus concessam immunitatem non habere invicidere rescripto imperatoris nostri ad Pelagianum recte expressum est: quippe personis quidem data immunitas cum persona extinguitur: rebus nunquam extinguitur.

4. Idem, lib. 5, de Censibus.

Forma censuali cavetur, ut agri sic in censum referantur, nomen fundi cujusque, et in qua civitate, et quo pago sit, et quos duos vicinos proximos habeat: et [id] arvum quod in decem annos proximos satum erit, quot jugerum sit: vinea, quod vites habeat: oliva quot jugerum, et quot arbores habeat: pratium, quod intra decem annos proximos sectum erit, quot jugerum: pascuca, quot jugerum esse videantur: item sylva caeduae: omnia ipse, qui defert, aestimet. — § 1. Illam aequitatem debet admittere censor ut officio ejus congruat, relevari eum, qui in publicis tabulis delato modo frui certis ex causis non possit. Quare, et si agri portio chasmate perierit, debet per censitorem relevari. Si vites mortuae sint, vel arbores aruerint: iniquum, eum numerum inseri censui. Quod si exderit arbores, vel vites, nihilominus eum numerum profiteri jubetur, qui fuit census tempore: nisi causam excidendi censitori probabit. — § 2. Is vero, qui agrum in alia civitate habet, in ea civitate profiteri debet, in qua ager est: agri enim tributum in eam civitatem debet levare, in cujus territorio possidetur. — § 3. Quanquam in quibusdam beneficia personis data immunitatis cum persona extinguantur: tamen cum generaliter locis, aut cum civitatibus, immunitas sic data videtur, ut ad posterum transmittatur. — § 4. Si, cum ego fundum possiderem, professus sim, petitor autem non fuerit professus, actionem illi manere placet. — § 5. In servis deferendis observandum est, ut et nationes eorum, et aetates, et officia, et artificia specialiter deferantur. — § 6. Lacus quoque piscatorios, et portus in censum dominus debet deferre. — § 7. Salinae si quae sunt in praediis, et ipsae in censum dominus debet deferre. — § 8. Si quis inquilinum, vel colonum non fuerit professus, vinculis censualiibus tenetur. — § 9. Quae post censum edictum nata, aut postea quesita sint, intra finem operis consummati professionibus edi possunt. — § 10. Si quis veniam petierit, ut censum sibi emendare permitteretur, deinde post hoc impetratum cognoverit se non debuisset hoc petere, quia res emendationem non desiderabat: nullum ejus praedictum ex eo, quod petiit, ut censum emendaret, fore saepissime rescriptum est.

8. PAPINIANUS, lib. 49 Responsorum.

Cum possessor unus expediendi negotii causa tributorum jure conveniretur, adversus ceteros, quorum aequae praedia tenentur ei, qui conventus est, actiones a fisco praestantur: scilicet ut omnes pro modo praediorum pecuniam tributi conferant: nec inutiliter actiones praestantur, tametsi fiscus pecuniam suam reciperavit, quia nominum venditorum pretium acceptum videtur. — § 1. Qui non habita ratione tributorum, ex causa fidei commissi praedia restituunt, actionem ex divi Pii Antonini literis habent, quam legato quoque soluto locum habere voluit. — § 2. Pro pecunia tributi, quod sua die non est redditum, quo minus praedium jure pignoris distrabatur, oblata moratoria cautio non admittitur, nec iudicatur

1. L. 4, § 5, infr. h. t. — 4. d. l. 4, § 3: L. 1, § 1, supr. de jure immunit. — 5. L. 2, C. de alluionib. — 6. L. 2, C. h. t. — 7. L. 5, in fin. supr. eod. — 8. L. 64, supr. de acquir. rer. dominio. — 9. L. 5, supr. h. t. — 10. L. 8, supr. de bon. libert. — 11. L. 1, L. 2, C. de cupiend. — 12. Arg. L. 7, supr. de publican. vide tamen L. 59, § 5, supr. de legat. 1. — 13. L. 2, § 1; L. 7, supr. h. t. — 14. d. l. 1, in pr. — 15. d. l. 1, § 6; N. 105, in pr. — 16. § 6.

TIT. XVI. — 1. Lib. 6, C. 38. — 2. L. 195, in pr. infr. h. t.; L. 5, § 1, supr. de negot. l.

legatarius contradicens ob tributa praeteriti temporis, quod heres solvendo sit, et is, qui tributis recipiendis praepositus fuerat.

6. CELSUS, lib. 25 Digestorum.

Colonia Philippensis juris italici est.

7. GAIVS, lib. 6, ad legem Juliam et Papiam.

Juris italici sunt, Τροάς, Βίρυτος, Δυρράχιον, id est, Troas, Berytus, Dyrrachium.

8. PAULUS, lib. 2, de Censibus.

In Lysitania Pacenses, sed et Emeretenses juris italici sunt. Idem jus Valentini et Licitani habent. Barconenses quoque ibidem immunes sunt. — § 1. Lugdonenses Galli, item Viennenses in Narbonensi juris italici sunt. — § 2. In Germania inferiore Agrippinenses juris italici sunt. — § 3. Laodicia in Syria; et Berytos in Foenice juris italici sunt: et solum earum. — § 4. Ejusdem juris et Tyriorum civitas a divo Severo et Antonino facta est. — § 5. Divus Antoninus Antiochenses colonos fecit salvis tributis. — § 6. Imperator noster Antoninum civitatem Emisenorum coloniam et juris italici fecit. — § 7. D. Vespasianus Caesarienses colonos fecit non adjecto, ut et juris italici essent: sed tributum his remisit capitis: sed divus Titus solum immune factum interpretatus est. Similes eis Capitulenses esse videntur. — § 8. In provincia Macedonia Dyrracheni, Cassadrenses, Philippenses, Dienses, Stovensenses juris italici sunt. — § 9. In provincia Asia duae sunt juris italici, Troas, et Parium. — § 10. In Pisidia ejusdem juris est colonia Antiochensium. — § 11. In Africa Carthago, Uticea, Leptis magna a divo Severo et Antonino juris italici factae sunt.

TIT. XVI.

DE VERBORUM SIGNIFICATIONE.

1. ULPIANUS, lib. 1, ad Edictum.

Verbum hoc, si quis, tam masculos quam feminas complectitur.

2. PAULUS, lib. 4, ad Edictum.

Urbis appellatio muris: Romae autem continentibus aedificiis finitur, quod latius patet. — § 1. Cujusque diei major pars est horarum septem primarum diei, non supremarum.

3. ULPIANUS, lib. 2, ad Edictum.

Itinere faciendo viginti millia passuum in dies singulos peragenda, sic sunt accipienda: ut si post hanc dinumerationem minus quam viginti millia supersint, integrum diem occupent: veluti si viginti unum millia sunt passus, biduum eis attribuetur: quae dinumeratio ita demum faciendae erit, si de die non conveniat. — § 1. Ejus qui apud hostes decessit, diei hereditas non potest, qui servus decessit.

4. PAULUS, lib. 4, ad Edictum.

Nominis appellatione rem significari Proculus ait.

5. Idem, lib. 2, ad Edictum.

Rei appellatio latior est, quam pecuniae, quae etiam ea, quae extra computationem patrimonii nostri sunt, continet: cum pecuniae significatio ad ea referatur, quae in patrimonio sunt. — § 1. Opere locato, conducto: his verbis Labeo significari ait id opus, quod Graeci ἀποτίθειον vocant, [non ἔργον,] id est, ex opere facto corpus aliquod perfectum.

6. ULPIANUS, lib. 3, ad Edictum.

Nominis, et rei appellatio ad omnem contractum et obligationem pertinet. — § 1. Verbum ex legibus, sic accipiendum est: tam ex legum sententia, quam ex verbis.

7. PAULUS, lib. 2, ad Edictum.

Sponsio appellatur, non solum quae per sponsum interrogationem fit, sed omnis stipulatio promissioque.

8. Idem, lib. 5, ad Edictum.

Verbum oportebit, tam praesens, quam futurum tempus significat. — § 1. Actionis verbo non continetur exceptio.

1, § 1, supr. de homine libero exhib. — L. 16, supr. de jure fisci. — 3. L. 4, § 4, supr. de penu legat. — L. 87, L. 175, § 1, infr. h. t. — 4. L. 1, § 1, supr. si quis cautionib. — L. 15, § 1, supr. de excusat. — L. 2, § 5, supr. quis ordo in possess. — 5. Inno. rite L. 12, supr. qui testam. — 6. L. 59, in fin. supr. de legat. 5. — 7. L. 1, in fin. supr. de reb. cred. Inno. rite L. 2, § 1, in fin. supr. pro socio. — 8. L. 178, in pr. infr. h. t. — 9. L. 5, C. de legib. — 10. L. 76, § 1; L. 89, supr. de verb. oblig. — 11. Vide tamen L. 1, supr. de except.

9. ULPIANUS, lib. 5, ad Edictum.

Marcellus apud Julianum notat, verbo perisse, et scissum et fractum contineri, et vi raptum.

10. Idem, lib. 6, ad Edictum.

Creditores accipiendos esse constat eos, quibus debetur ex quacunque actione, vel persecutione, vel jure civili sine ulla exceptionis perpetuae remotione, vel honorario, vel extraordinario, sive pure, sive in diem, vel sub conditione. Quod si natura debeatur, non sunt loco creditorum. Sed si non sit mutua pecunia, sed contractus, creditores accipiuntur.

11. GAIVS, lib. 1, ad Edictum.

Creditorum appellatione non hi tantum accipiuntur, qui pecuniam crediderunt: sed omnes, quibus ex qualibet causa debetur.

12. ULPIANUS, lib. 7, ad Edictum.

Ut si cui ex empto vel ex locato, vel ex alio ullo debetur. Sed etsi ex delicto debeatur, mihi videtur posse creditoris loco accipi. Quod si ex populari causa, ante litem contestationem, recte dicitur creditoris loco non esse, postea esse. — § 1. Minus solvit, qui tardius solvit: nam et tempore minus solvitur.

13. Idem, lib. 7, ad Edictum.

Mulieris appellatione etiam virgo viripotens continetur. — § 1. Res abesse videtur [ut Sabinus ait, et Pedius probat] etiam haec, quarum corpus manet, forma mutata est: et ideo si corruptae redditae sint, vel transfiguratae, videri abesse: quoniam plerumque plus est in manus pretio, quam in re. — § 2. Desinere autem abesse res tunc videtur, cum sic redit in potestatem, ne amittere [ejus] possessionem possimus. — § 3. Ob hoc, quod furto pridem subtracta est. Abest et ea res, quae in rebus humanis non est.

14. PAULUS, lib. 7, ad Edictum.

Labeo et Sabinus existimant, si vestimentum scissum reddatur, vel res corrupta reddita sit, veluti scyphi colliis aut tabula rasa pictura, videri rem abesse: quoniam earum rerum pretium non in substantia, sed in arte sit positum. Item si dominus rem, quae furto sibi aberat, ignorans emerit: recte dicitur res abesse, etiam si postea id ita esse scierit: quia videtur res ei abesse, cui pretium abest. — § 1. Rem amissae videtur, qui adversus nullum ejus persequens actionem habet.

15. ULPIANUS, lib. 10, ad Edictum.

Bona civitatis abusive publica dicta sunt, sola enim ea publica sunt, quae populi romani sunt.

16. GAIVS, lib. 3, ad Edictum provinciale.

Eum, qui vectigal populi romani conductum habet, publicanum appellamus: [nam] publica appellatio in compluribus causis ad populum romanum respicit: civitates enim privatorum loco habentur.

17. ULPIANUS, lib. 10, ad Edictum.

Inter publica habemus non sacra, nec religiosa, nec quae publicis usibus destinata sunt: sed si qua sunt civitatium veluti bona, sed peculia servorum civitatum proculdubio publica habentur. — § 1. Publica vectigalia intelligere debemus, ex quibus vectigal fiscus capit: quale est vectigal portus, vel venalium rerum: item salinarum, et metallorum, et piscariarum.

18. PAULUS, lib. 9, ad Edictum.

Munus tribus modis dicitur: uno donum, et inde munera dici, dari, mitti: altero onus, quod cum remittitur, vacationem militie munusque prestat: inde immunitatem appellari. Tertio officium: unde munera militaria, et quosdam milites munificos vocari. Igitur municipes dicit, quod munera civilia capiunt.

19. ULPIANUS, lib. 11, ad Edictum.

Labeo libro primo Praetoris urbani definit, quod quaedam agantur, quaedam gerantur, quaedam contrahantur. Et actum quidem generale verbum

12. L. 4, § 10, supr. si bon. rapt. — 13. L. 11, L. 12, infr. h. t.; L. 1, supr. de reb. cred.; L. 42, § 1, supr. de oblig. et act. — 14. L. 55, infr. h. t. — 15. L. 54, infr. eod.; L. 27, in pr. supr. qui et a quib. manumissi; L. 42, in pr. supr. de oblig. et act. — 16. L. 16, § 4, supr. de fidejuss.; L. 94, § 5, supr. de solution. — 17. L. 12, infr. h. t. — 18. L. 10, supr. eod. — 19. Arg. L. 56, in fin. supr. de fidejuss.; L. pen. § 1, supr. de popul. act. — 20. § 55, vers. veniunt. Inst. de actio. § 5, in fin. Inst. de fidejuss. — 21. L. 85, supr. de solutio. — 22. L. 81, § 2, supr. de legat. 3; L. 25, § 9, supr. de auct. — 23. L. 15, infr. h. t.; L. 3, § 1, supr. commodat. — 24. Adde d. l. 14, § 54, Inst. de rec. divis. — 25. L. 22, supr. de acquir. vel amit. poss.; L. 4, § 12, supr. de usurp. et usucap. — 26. L. 21, supr. de hered. petiti.; L. 65, in fin. supr. pro socio. — 27. L. 15, § 1, supr. h. t. — 28. d. § 1. — 29. L. 16, L. 17, infr. eod. — 30. L. 1, § 2, supr. de just. et jure. — 31. L. 12, in fin. supr. de publican. — 32. Fac. L.

esse, sive verbis, sive re quid agatur: ut in stipulatione, vel numeratione. Contractum autem ultra citroque obligationem, quod Graeci συνδλλαγμα vocant: veluti emptionem, venditionem, locationem, conductionem, societatem. Gestum rem significare sine verbis factam.

20. Idem, lib. 12, ad Edictum.

Verba, contraxerunt, gesserunt, non pertinent ad testandi jus.

21. PAULUS, lib. 11, ad Edictum.

Princeps bona concedendo videtur etiam obligationes cedere.

22. GAIVS, lib. 4, ad Edictum provinciale.

Plus est in restitutione, quam in exhibitione: nam exhibere est, praesentiam corporis praebere, restituere est, etiam possessorem facere, fructusque reddere: pleraque praeterea restitutionis verbo continentur.

23. ULPIANUS, lib. 14, ad Edictum.

Rei appellatione et cause et jura continentur.

24. GAIVS, lib. 6, ad Edictum provinciale.

Nihil est aliud hereditas, quam successio in universum jus, quod defunctus habuit.

25. PAULUS, lib. 21, ad Edictum.

Recte dicimus eum fundum totum nostrum esse, etiam cum ususfructus alienus est: quia ususfructus non domini pars, sed servitutis sit: ut via, et iter: nec falso dicit, totum meum esse cujus non potest ulla pars dici alterius esse: hoc et Julianus: et est verius. — § 1. Quintus Mucius ait, partis appellatione rem pro indiviso significari: nam quod pro diviso nostrum sit, id non partem, sed totum esse, Servius non inelegerat partis appellatione utrumque significari.

26. ULPIANUS, lib. 16, ad Edictum.

Partum non esse partem rei furtivae Scaevola libro undecimo Quaestionum scribit.

27. Idem, lib. 17, ad Edictum.

Ager est locus, qui sine villa est. — § 1. Stipendium a stipe appellatum est, quod per stipes, id est modica ara colligatur. Idem hoc etiam tributum appellari Pomponius ait. Et sane appellatur ab intritione tributum: vel ex eo, quod milibus tribuatur.

28. PAULUS, lib. 21, ad Edictum.

Alienationis verbum etiam usucapionem continet: vix est enim, ut non videatur alienare, qui patitur usucapi. Eum quoque alienare dicitur, qui non utendo amisit servitutes. Qui occasione adquirendi non utitur, non intelligitur alienare: veluti qui hereditatem omittit, aut optionem intra certum tempus datam non amplectitur. — § 1. Oratio, quae neque conjunctionem, neque disjunctionem habet, ex mente pronuntiantis, vel disjuncta, vel conjuncta accipitur.

29. Idem, lib. 66, ad Edictum.

Conjunctionem enim nonnunquam pro disjunctione accipi, Labeo ait: ut in illa stipulatione, Mihi hereditate meo te, hereditate tuum.

30. GAIVS, lib. 7, ad Edictum provinciale.

Sylva caedua est, (ut quidam putant) quae in hoc habetur, ut caederetur. Servius eam esse, quae succisa, rursus ex stirpibus, aut radicibus renascitur. — § 1. Stipula illecta est spica in messe dejecta, [necdum lecta,] quas rustici, cum vacaverint, colligunt. — § 2. Novalis est terra lecta, quas rustici, cum vacaverint, colligunt. — § 3. Integra praecisa, quae anno cessavit, quam Graeci νεανω vocant. — § 4. Glans caedua est, quae ex arbore cecidit. — § 5. Pascua sylva est, quae pastui pecudum destinata est.

31. ULPIANUS, lib. 18, ad Edictum.

Pratum, in quo ad fructum percipiendum falce dumtaxat opus est: ex eo dictum, quod paratum sit ad fructum capiendum.

15, supr. de SC. Maced. — L. 1, § 4, supr. de edil. edict. — L. 8, supr. de furt. — 33. L. 3, § 2, ult. supr. de testib. — 34. L. 7, § 2, supr. de pact. — 35. Arg. L. 49, infr. h. t. — 36. L. 4, supr. ad exhib. — 37. L. 75, infr. h. t. — 38. L. 69, infr. de rec. jur. — 39. L. 9, § 12, supr. de hered. instit. — 40. L. 71, supr. de legat. 3. — 41. Obit. L. 4, supr. de usurp. — 42. L. 6, § 1, supr. commat. pign. — 43. L. 10, in fin. supr. de usurp. et usucap. Inno. vide L. 48, § 5, supr. de furt. — 44. L. 115, L. 211, infr. h. t. — 45. L. 5, § 1, supr. quae in fraud. cred. addit. L. 1, in fin. C. de fundo dotali. — 46. d. L. 5, § 1; L. 4, supr. quae in fraud. cred. — 47. L. 6, supr. d. t. — 48. Adde L. 8, in pr. supr. de optione. — 49. L. 123, infr. h. t. — 50. L. 53, in pr. infr. eod. — 51. L. 10, L. 48, § 1, supr. de usurp. — L. 803, § 1, supr. de contrah. empt. — L. 7, § 7, supr. soluto matrim.

32. PAULUS, lib. 24, ad Edictum.  
 Minus<sup>52</sup> solum intelligitur, etiam si nihil esset solum.  
 33. ULPIANUS, lib. 21, ad Edictum.  
*Palam* est, coram pluribus.  
 34. PAULUS, lib. 24, ad Edictum.  
 Actionis<sup>53</sup> verbo etiam persecutio continetur.  
 35. *Idem*, lib. 7, ad Edictum.  
*Restituere* autem is intelligitur, qui<sup>54</sup> simul et causam actori reddit, nam is habiturus esset, si statim iudicii accepti<sup>55</sup> tempore res ei reddita disset, id est, et usucapionis causam, et fructum.  
 36. ULPIANUS, lib. 25, ad Edictum.  
*Litis* nomen [omnem] actionem significat, sive in rem, sive in personam sit.  
 37. PAULUS, lib. 26, ad Edictum.  
 Verbum *oportere* non ad facultatem iudicis pertinet, qui potest, vel iuris<sup>56</sup>, vel minoris<sup>57</sup> condemnare: sed ad veritatem refertur.  
 38. ULPIANUS, lib. 25, ad Edictum.  
*Ostentum Labeo* definit, omne contra naturam cuiusque rei genitum<sup>58</sup>, factumque. Duo genera [autem] sunt ostentorum, unum quotiens quid contra naturam nascitur, tribus manibus forte aut pedibus<sup>59</sup>, aut qua alia parte corporis, quae naturae contraria est: alterum cum quid prodigiosum videtur, quae Graeci *φαντάσματα*, id est, *visiones* vocant.  
 39. PAULUS, lib. 55, ad Edictum.  
*Subsignatum* dicitur, quod ab aliquo subscriptum est: nam veteres subsignationis verbo pro adscriptione uti solebant. — § 1. *Bona* intelliguntur cuiusque, quae deducto<sup>60</sup> aere alieno supersunt. — § 2. *Detestari* est, absentem denuntiare. — § 3. *Incertus possessor*<sup>61</sup> est, quem ignoramus.  
 40. ULPIANUS, lib. 56.  
*Detestatio*<sup>62</sup> est denunciatio facta cum testatione. — § 1. Servi appellatio etiam<sup>63</sup> ad ancillam refertur. — § 2. *Familiae*<sup>64</sup> appellatio liber<sup>65</sup> quoque continetur. — § 3. Unicus servus familiae appellatio non<sup>66</sup> continetur. Ne duo quidem familiae faciunt.  
 41. GAIVS, lib. 21, ad Edictum provinciale.  
*Armorum*<sup>67</sup> appellatio non utique scuta, et gladios, et galeas significat: sed et fastes, et lapides.  
 42. ULPIANUS, lib. 57, ad Edictum.  
 Probrum et opprobrium, id est, probra quaedam natura turpia sunt, quaedam civiliter, et quasi more civitatis: ut puta furtum<sup>68</sup>, adulterium<sup>69</sup> natura turpe est: enimvero tutela<sup>70</sup> damnata, hoc non natura probrum est, sed more civitatis: nec enim natura probrum est, quod potest etiam in hominem idoneum incidere.  
 43. *Idem*, lib. 58, ad Edictum.  
 Verbo *victus*<sup>71</sup> continentur, quae usui, potuique cultuique corporis, quaeque ad vitandum homini necessaria sunt. Vestem quoque victus habere vicem, Labeo ait.  
 44. GAIVS, lib. 42, ad Edictum provinciale.  
 Et caetera quibus tuendi, curandive corporis nostri gratia utimur ea appellatio significatur.  
 45. ULPIANUS, lib. 58, ad Edictum.  
 In stratum omne vestimentum contineri, quod iniiciatur, Labeo ait: neque enim dubium est, quin stragula vestis sit omne pallium *περίστρωμα*. In victum ergo vestem accipimus, non stragula, in stratum omnem stragulam vestem.  
 46. *Idem*, lib. 59, ad Edictum.  
 Pronuntiatum et statutum idem potest, promiscue enim et pronuntiasse<sup>72</sup> et statuisse<sup>73</sup> solemus dicere eos, qui ius habent cognoscendi. —

52. L. 82, l. 150, infr. h. t. — 53. L. 178, § 2, infr. eod. — 54. L. 22, supr.: L. 75, l. 73, l. 81, l. ult. § 1, infr. eod.: L. 38, § 4, supr. de usur.: L. 175, § 1, infr. de reg. jur.: L. 120, supr. de rei vind.: L. 9, § 5, supr. ad exhib.: L. 51, in pr. supr. de reb. cred.: L. 2, C. de petit. hered.: 56. L. 1, supr. de in lit. iurand. Inst. de pena tenere litigant: L. 5, C. de fruct. et lit. expens.: 57. L. 16, supr. de re iud.: 58. L. 14, supr. de statu homin.: supr.: L. 6, in fin. C. de collation.: L. 8, C. ad leg. Falcid.: L. ult. § 4, C. de bon. quae libere: § ult. Inst. de leg. Falcid.: 61. L. 25, supr. de rei vind.: 62. L. 388, § 1, infr. h. t.: 63. L. 101, in fin. infr. eod.: 64. L. 135, § 1 et 2, infr. eod.: 65. *Adolescentia*, § 2, 14, supr. vi bon. rapt.: 66. *Orn.*: L. 17, supr. de vi et vi armat.: 67. L. 5, § 2, supr. d. t.: L. 1, § 1, supr. de re milit.: 68. L. 1, in fin. supr. de furt.: 69. L. 58, § 2, 4, supr. ad leg. l. 6, l. ult. supr. de aliment.: 70. L. 35, § 1, supr. de auro: L. 59, § 2, l. 60, supr. de re iud.: 71. L. 1, supr. quod quisque iuris.: 72. *Idem*, in fin. supr. de ritu nupt.: L. 5, in fin. supr. de libere exhib.: L. 13, in pr. supr.: L. 29, C. ad leg. jul. de adult.: 73. L. 10, in pr. supr. d. t. de adulter.: 76. l. 54, supr. de solution. Inst. quib. mod. toll. oblig.

§ 1. *Matremfamilias*<sup>74</sup> accipere debemus eam, quae non inhoneste vixit: matrem enim familiae a caeteris foeminis mores discernunt, atque separant: proinde nihil intererit, nupta sit, an<sup>75</sup> vidua, ingenua sit, an libertina: nam neque nuptiae, neque natales faciunt matremfamilias: sed boni mores.  
 47. PAULUS, lib. 56, ad Edictum.  
*Liberationis* verbum eandem<sup>76</sup> vim habet, quam solutionis.  
 48. GAIVS, lib. ad Edictum praetoris urbani titulo.  
 Qui neque sequantur, neque ducantur.  
*Solutum* non intelligimus eum, qui licet vinculis levatus sit, manibus tamen tenetur: ac ne eum quidem intelligimus solutum, qui in publico sine vinculis servatur.  
 49. ULPIANUS, lib. 59, ad Edictum.  
*Bonorum*<sup>77</sup> appellatio aut naturalis aut civilis est: naturaliter bona ex eo dicuntur, quod beant, hoc est beatos faciunt: beare est prodesse. In bonis autem nostris computari sciendum est, non solum quae domini<sup>78</sup> nostri sunt, sed et si bona fide a nobis possideantur<sup>79</sup>, vel superficiaria sint. *Aequae* bonis adnumerantur, etiam si quid est in actionibus<sup>80</sup>, petitionibus, persecutionibus: nam haec omnia in bonis esse videntur.  
 50. *Idem*, lib. 61, ad Edictum.  
*Nurus*<sup>81</sup> appellatio etiam ad pronorum, et ultra porrigenda est.  
 51. GAIVS, lib. 25, ad Edictum provinciale.  
 Appellatione *parentis*, non<sup>82</sup> tantum pater, sed etiam avus, et proavus, et deinceps omnes superiores continentur: sed et<sup>83</sup> mater, et avia, et proavia.  
 52. ULPIANUS, lib. 61, ad Edictum.  
*Patroni* appellatio et patrona continetur.  
 53. PAULUS, lib. 59, ad Edictum.  
 Saepe ita comparatum est, ut<sup>84</sup> conjuncta pro disjunctis accipiantur, et disjuncta pro conjunctis, interdum soluta pro separatis. Nam cum dicitur apud veteres, *Adgnatorum gentiumque*, pro separatione accipitur. At cum dicitur, *Super pecunia tutelae suae*<sup>85</sup>, tutor separatim sine pecunia dari non potest. Et cum dicimus, *Quod dedi aut donavi*, utraque continemus. Cum vero dicimus, *Quod eum dare facere oportet*, quodvis eorum sufficit probare. Cum vero dicitur praetor, *Si donum*<sup>86</sup> munus, operas *redemerit*: si omnia imposita sunt, certum est omnia redimenda esse. — § 1. Ex re ergo pro conjunctis habentur: si quaedam imposita sunt, caetera non desiderantur. — § 2. Item dubitatum, illa [verba.] *Ope*<sup>87</sup> *consilio*, quemadmodum accipienda sunt, sententiae conjungentium, aut separantium? Sed verius est, quod et *Labeo* ait, separatim accipienda: quia aliud factum est ejus, qui ope, aliud ejus, qui consilio furtum facit: sic enim alii condici potest: alii non potest: [et] sane post veterum auctoritatem eo perventum est, ut nemo ope videatur fecisse, nisi<sup>88</sup> et consilium malignum habuerit: nec consilium habuisse nocet, nisi<sup>89</sup> et factum secutum fuerit.  
 54. ULPIANUS, lib. 62, ad Edictum.  
*Conditionales*<sup>90</sup> *creditors* dicuntur et hi, quibus nondum competit actio, est autem competitura: vel qui spem<sup>91</sup> habent, ut competat.  
 55. PAULUS, lib. 46, brevis Edicti.  
 Creditor autem is est, qui<sup>92</sup> exceptione perpetua summoveri non potest: qui autem temporalem exceptionem timet, similis est conditionali creditori.  
 56. ULPIANUS, lib. 62, ad Edictum.  
*Cognoscere instrumenta*, est relegere, et recognoscere: *dispungere* est conferre accepta et data. — § 1. *Liberorum*<sup>93</sup> appellatio continetur, non tantum qui sunt in potestate: sed omnes, qui sui iuris sunt, sive virilis, sive foemini sexus sunt, exve<sup>94</sup> foemini sexus descendentes.

in pr. — 77. *Adde* L. 21, l. 59, § 1, supr.: L. 85, l. 208, infr. h. t.: L. 5, § 6, supr. ut in post. legat.: L. 8, in pr. supr. de reb. auctor. jud. — 78. L. 5, supr. pro derelicto. — 79. *For.*: L. 52, supr. de acquir. rer. domin.: 80. L. 21, supr. h. t.: L. ult. supr. de usu et usufr.: L. 7, § 2: L. 75, supr. de jure dot.: L. 32, supr. ad leg. Falcid.: L. 9, supr. rem pupilli: L. 38, supr. de injur.: L. pen. supr. de populi act.: L. 21, § 4, supr. ad municipal.: 81. L. 2, § 3, in fin. supr. qui satis. cog.: L. 3, § 2, s. pr. de postulat.: L. 14, circa fin. supr. de ritu nupt.: L. 8, § 4, supr. de legat. prast.: 82. L. 4, § 2, supr. de in jus vocand.: 83. d. l. 4, § 2, in pr.: L. 10, § 5, supr. d. t.: 84. L. 29, supr.: L. 4, C. h. t.: L. 50, supr. de auro.: 85. *Adde* Aquili: L. 11, § ult. supr. de servo corrupto: L. 6, supr. de condit. furt.: L. 56, l. 50, § 1, supr. de furt.: L. un. in pr. supr. furti advers. man.: L. ult. C. de noxalb. § 1, Inst. de oblig. quae ex delict. — 86. L. 56, in pr. supr. de furt.: 89. L. 52, § 19, supr. d. t.: L. 38, supr. de pen.: 90. L. 42, in pr. supr. de oblig. et act.: 91. § 1, Inst. de verb. oblig.: 92. L. 10, supr. h. t.: L. 42, in fin. supr. de oblig. et act.: 93. L. 220, infr. h. t.: 94. L. ult. supr. de pollic. Immo vide L. 1, in fin. supr. de jure immuni.

57. PAULUS, lib. 59, ad Edictum.  
 Cui praecipua cura rerum incumbit, et qui magis quam caeteri diligentiam et sollicitudinem rebus quibus praesunt, debent, hi magistri appellantur. Quinetiam ipsi magistratus per derivationem a magistris cognominantur. Unde etiam cujuslibet disciplinae preceptores, maistros appellari a monendo, vel monstrando. — § 1. *Persequi* videtur, et qui satis accipit.  
 58. GAIVS, lib. 24, ad Edictum provinciale.  
 Licet inter gesta<sup>95</sup> et facta videtur quaedam esse subtilis differentia: attamen *καταπραταίως*, id est, *abusive*, nihil inter factum et gestum interest. — § 1. Paternos libertos recte videmur dicere nostros libertos: liberorum libertos non recte nostros libertos dicimus.  
 59. ULPIANUS, lib. 68, ad Edictum.  
*Portus* appellatus est conclusus locus, quo importantur merces, et inde exportantur: eaque nihilominus statio est conclusa, atque munita: inde angiportum dicitur est.  
 60. *Idem*, lib. 69, ad Edictum.  
*Locus* est non fundus, sed portio aliqua fundi, *fundus*<sup>96</sup> autem integrum aliquid est: et plerumque sine villa<sup>97</sup> locum accipimus. Caeterum adeo opinio nostra et constitutio locum a fundo separat, ut et modicus locus possit fundus dici, si fundi animo eam habuimus. Non enim magnitudo locum a fundo separat, sed nostra affectio: et qualibet<sup>98</sup> portio fundi poterit fundus dici, si jam hoc constituerimus: nec non et fundus, locus constitui potest: nam si eum alii adjuverimus<sup>99</sup> fundo, locus fundi efficietur. — § 1. Locum appellationem non solum ad rustica<sup>100</sup>, verum ad urbana quoque praedia pertinere, *Labeo* scribit. — § 2. Sed fundum quidem suos habet fines, locus vero latere potest, quatenus determinet, et definitur.  
 61. PAULUS, lib. 65, ad Edictum.  
*Satisfactio* appellatio interdum etiam repromissio continebitur; quae<sup>1</sup> contentus fuit is, cui satisfactio debebatur.  
 62. GAIVS, lib. 26, ad Edictum provinciale.  
 Tigni<sup>2</sup> appellatio in lege duodecim tabularum omne genus materiae, ex qua aedificia constant significatur.  
 63. ULPIANUS, lib. 71, ad Edictum.  
 Penes te amplius est, quam apud te: nam apud te est, quod qualiter qualiter a te teneatur: penes te est, quod quodammodo possidetur.  
 64. PAULUS, lib. 67, ad Edictum.  
 Intestatus<sup>3</sup> est, non tantum qui testamentum non fecit, sed etiam cuius ex testamento hereditas adita non est.  
 65. ULPIANUS, lib. 62, ad Edictum.  
 Heredis appellatio non solum ad proximum heredem, sed et ad ultiores<sup>4</sup> refertur: nam et heredis heres, et deinceps, heredis appellatio continetur.  
 66. *Idem*, lib. 71, ad Edictum.  
 Mercis appellatio ad res mobiles tantum pertinet.  
 67. *Idem*, lib. 76, ad Edictum.  
 Alienatum non proprie dicitur, quod adhuc in<sup>5</sup> dominio venditoris manet: venditum tamen recte dicitur. — § 1. *Donationis* verbum simpliciter loquendo, omnem donationem comprehendisse videtur, sive mortis causa, sive non mortis causa fuerit.  
 68. *Idem*, lib. 77, ad Edictum.  
 Illa verba, *arbitratu Lucii Titii fieri*, jus significant, et in<sup>6</sup> servum non cadunt.  
 69. *Idem*, lib. 78, ad Edictum.  
 Haec verba, *Cui rei dolus malus aberit, asuerit*, generaliter compre-

95. L. 19, supr. h. t.: 96. *Adde* L. 115, infr. eod.: 97. L. 211, infr. eod.: 98. L. 54, in fin. supr. de legat. l. 6, § 1, supr. commum. praed.: 99. L. 24, § 2, supr. de legat. l. 1.: 100. L. 211, infr. h. t.: 1. L. ult. § 3, supr. quod legat.: 2. L. 1, § 1, supr. de tigno junct.: 3. L. 9, § 2, verus sed et si heres supr. de liber. et post.: L. 1, § 1, supr. quis ordo in post.: 4. L. 1, supr. de suis et legat. in pr. et § 7, Inst. de hered. quae ab intestat.: L. 6, supr. de legit. tut.: 5. Inst. de legit. admat. tut.: 6. L. 70, l. 170, infr. h. t.: L. 194, infr. de reg. jur.: L. 2, in fin. supr. de liberat. legat.: L. 29, C. de legat.: 5. L. 1, C. de fundo dotali.: 6. L. 7, supr. de recept. qui arbit.: L. 32, infr. de reg. jur.: 7. L. 65, supr. h. t.: L. 194, infr. de reg. jur.: 8. L. 227, in fin. infr. h. t.: L. 8, § 1, supr. de vulg. et pupill. substit.: 9. L. pen. C. de libert. et cor. liberis.: 10. L. 22, § 1: L. 29, supr. de oper. libert. *Adde* L. 9, in fin. supr. de suis et legat.: L. 14, C. de usufr.: 11. L. 181, infr. h. t.: L. 18, l. 19, supr. de adopt.: L. 55, § 1: L. 59, § 1 et 2, supr. de procur.: L. 7, l. 8, supr. de jurjur.: L. 1, § 1: L. 19, § 1: L. 21, § 2, supr. de adill. edict.: L. 1, § 10 et 12, supr. de inspie. ventur.: L. 9, in pr. et § 3, supr. de reb. auctor. judic.: L. 1, § 11, § 14, § 15, supr. quod legator.: L. 55, § 1, supr. de oblig. et act.: L. 22, § 7: L. 25, supr. ratum rem haberi: L. 27, supr. ad leg.

hendant omnem dolum, quicumque in hanc rem admissus est, de qua stipulatio est interposita.  
 70. PAULUS, lib. 75, ad Edictum.  
 Sciendum est, heredem etiam per multas successiones<sup>7</sup> accipi: [in] nam paucis speciebus heredis appellatio proximum continet: veluti in substitutione impuberis, *Quisquis<sup>8</sup> mihi heres erit, idem filio heres esto*: ubi heredis heres non continetur, quia incertus est. Item in lege *Alia Sentia* filius heres proximus potest libertum patrum ut ingratum<sup>9</sup> accusare, non etiam si heredi heres extiterit. Idem<sup>10</sup> dicitur in operam exactione, ut filius heres exigere possit, non ex successione effectus. — § 1. Verba haec, *Is ad quem ea res pertinet*<sup>11</sup>, sic intelliguntur, ut qui in universum dominium vel jure civili, vel jure praetorio succedit, contineatur.  
 71. ULPIANUS, lib. 70, ad Edictum.  
 Aliud est capere, aliud accipere. *Capere* cum effectu accipitur. *Accipere*, etsi quis non<sup>12</sup> accipit, ut habeat: ideoque non videtur quis capere, quod erit restitutus: sicut *pervenisse*<sup>13</sup> proprie illud dicitur, quod est remansurum. — § 1. Haec verba, *His<sup>14</sup> rebus recte praestari*, hoc significant, ne quod periculum, vel damnum ex ea re stipulator sentiret.  
 72. PAULUS, lib. 76, ad Edictum.  
 Appellatione rei pars etiam continetur.  
 73. ULPIANUS, lib. 80, ad Edictum.  
 Haec verba in stipulatione posita, *Eam rem recte restitui*, fructus<sup>15</sup> continent. *Recte* enim verbum pro<sup>16</sup> viri boni arbitrio est.  
 74. PAULUS, lib. 9, ad Edictum aedilium curulium.  
 Signatorius<sup>17</sup> anulus ornamentum appellatio non continetur.  
 75. *Idem*, lib. 50, ad Edictum.  
*Restituere*<sup>18</sup> is videtur, qui id restituit, quod<sup>19</sup> habiturus esset actor, si controversia ei facta non esset.  
 76. *Idem*, lib. 51, ad Edictum.  
*Dedisse*<sup>20</sup> intelligendus est etiam is, qui permutavit, vel compensavit.  
 77. *Idem*, lib. 49, ad Edictum.  
*Frugem* pro reditu appellari, non solum [quod] frumentis, aut leguminibus: verum et [quod] ex vino, silvis caeduis, cretifodinis, lapidicinis capitur. Julianus scribit *fruges* omnes esse quibus homo vescatur, falsum esse: non enim carnem, aut aves ferasve, aut poma fruges dici. *Fruementum* autem id esse, quod arista se teneat, recte Gallum definit: lupinum vero et fabam fruges potius dici: quia non arista, sed siliqua continentur: quae Servius apud Alfenum in frumento contineri putat.  
 78. *Idem*, lib. 5, ad Plautium.  
 Interdum proprietatem quoque verbum *possessio*<sup>21</sup> significat: sicut in eo, qui possessiones suas legasset, responsum est.  
 79. *Idem*, lib. 6, ad Plautium.  
*Impensa*<sup>22</sup> *necessariae* sunt, quae si factae non sint, res aut peritura, aut deterior futura sit. — § 1. *Utiles*<sup>23</sup> impensas esse Fulcinius ait, quae meliorem dotem faciant, [non] deteriore esse non sinant; ex quibus reditus mulieri adquiratur: sicuti arbuti pastinationes<sup>24</sup> ultra quam necesse fuerat. Item doctrinam<sup>25</sup> puerorum, quorum nomine onerari mulierem ignorantem vel invitam non<sup>26</sup> oportet: ne<sup>27</sup> cogatur fundo, aut mancipiis carere. In his<sup>28</sup> impensis et pistrinum, et horreum insulae dotali adjectum, plerumque dicimus. — § 2. *Voluptuariae*<sup>29</sup> sunt, quae speciem duntaxat ornant, non etiam fructum augent, ut sunt viridia, et aquae salientes, incrustationes, foricationes, picturae.  
 80. *Idem*, lib. 9, ad Plautium.  
 In<sup>30</sup> generali repetitione legatorum etiam date libertates continentur ex mente legis duodecim tabularum.

Jul. de adult.: 12. L. 51, infr. de reg. jur. vide tamen L. 140, infr. h. t.: 13. L. 161, in fin. infr. eod.: L. 20, § 18, supr. de hered. petit.: L. 2, § 3, supr. de hered. vel act. vend.: 14. L. 19, supr. de rei vind.: L. 21, § 2, in fin. supr. de adill. edict.: 15. L. 35, supr. h. t.: L. 22, supr. de usufr.: L. 25, supr. de jurjur.: L. 5, § 3, supr. judic. solvi: L. 65, supr. de iudic.: L. 5, § ult. supr. quib. ex causa in post.: 17. L. 25, § 10, supr. de auro.: 18. *Adde* iudic.: L. 22, supr. de iudic.: L. 51, l. ult. § 1, infr. h. t.: L. 38, § 4, supr. de usur.: 19. L. 35, supr. h. t.: L. 22, supr. de rei vind.: L. 51, in pr. supr. de reb. cred.: 20. L. 19, supr. de liberali caus.: 21. L. 41, § 6, supr. de legat. l. 4, C. de contrah. empt. l. 2, l. 6, C. de prod. et alius reb. minor.: 22. L. 1, § 1: L. 24, in pr. supr. de impensis.: 23. L. 5, § ult. supr. d. t.: 24. L. 7, in fin. supr. soluto matrim.: 25. L. 27, in fin.: L. 58, supr. de rei vind.: L. 27, in fin. supr. de pignorat.: L. 38, § 22, supr. de act. empt.: L. 6, supr. de impensis.: 26. L. 58, supr. de rei vind.: L. 35, in fin. supr. de pignorat.: L. 8, supr. de impensis.: L. 5, in pr. supr. de contrah. tut.: L. 15, § 54, in fin. supr. de damno infect.: 27. L. 27, in fin.: L. 58, supr. de rei vind.: L. 8, supr. de impensis.: 28. Immo vide L. 1, § ult. supr. d. t. de impens.: 29. L. 7, in pr. supr. d. t.: 30. L. 77, supr. de legat. 3.

81. *Idem*, lib. 10, ad Plautium.  
 Cum prætor dicat, *ut opus factum restituatur*, etiam damnum datum actor consequi debet: nam verbo *restitutionis* omnis utilitas actoris continetur.

82. *Idem*, lib. 14, ad Plautium.  
 Verbum *amplius* ad eum quoque pertinet, cui nihil debetur: sicuti ex contrario minus solutum videtur, etiamsi nihil esset exactum.

83. JAVOLENUS, lib. 5, ex Plautio.  
 Proprie bona dici non possunt, quæ plus incommodi, quam commodi habent.

84. JAVOLENUS, lib. 2, ad Vitellium.  
*Filii* appellatione omnes liberi intelliguntur.

85. MARCELLUS, lib. 1 Digestorum.  
 Neratius Priscus tres facere existimat collegium: et hoc magis sequendum est.

86. CELSUS, lib. 5 Digestorum.  
 Quid aliud sunt jura prædiorum, quam prædia qualiter se habentia, ut bonitas, salubritas, amplitudo.

87. MARCELLUS, lib. 12 Digestorum.  
 Ut Alfenus ait, Urbs est Roma, quæ muro cingeretur. Roma est etiam, qua continentia ædificia essent: nam Romam non muro tenus existimari, ex consuetudine cotidiana posse intelligi, cum diceremus Romam nos ire, etiamsi extra urbem habitarem.

88. CELSUS, lib. 18 Digestorum.  
 Tantum quisque pecuniæ relinquit, quantum ex bonis ejus refici potest: sic dicimus, centies aureorum habere, qui tantum in prædiis, cæterisque similibus rebus habet. Non idem est in fundo alieno legato, quamquam is hereditaria pecunia parari potest: neque quisquam eum, qui pecuniam numeratam habet, habere dicit, quiddam ex ea parari potest.

89. POMPOSIUS, lib. 6, ad Sabinum.  
 Boves magis armentorum, quam jumentorum generis appellantur. — § 1. Hoc sermone, dum nupta erit, primæ nuptie significantur. — § 2. Inter edere et reddi rationes multum interest: nec is, qui edere jussus sit, reliquum reddere debet: nam et argentarius edere rationem videtur, etiamsi quod reliquum sit apud eum non solvat.

90. ULPIANUS, lib. 27, ad Sabinum.  
 Qui uti optimæ maximæque sunt, ædes tradit: non hoc dicit servitutem illis deberi: sed illud solum, ipsas ædes liberas esse, hoc est, nulli servire.

91. PAULUS, lib. 2 Fideicommissorum.  
 Moorum et tuorum appellatione actiones quoque contineri dicendum est.

92. *Idem*, lib. 7 Questionum.  
 Proximus est, cui nemo antecedit: supremus est, quem nemo sequitur.

93. CELSUS, lib. 19 Digestorum.  
 Moventium, item mobilium appellatione, idem significamus: si tamen apparet defunctum animalia duntaxat, quia se ipsa moverent, moventia vocasse: quod verum est.

94. *Idem*, lib. 20 Digestorum.  
 Verbum reddendi quamquam significatum habet retro dandi, recipit tamen et per se dandi significationem.

95. MARCELLUS, lib. 14 Digestorum.  
 Potest aliquorum appellatio et universos significare.

96. CELSUS, lib. 23 Digestorum.  
 Litus est, quousque maximus fluctus a mari pervenit: idque Marcum Tullium ajunt, cum arbiter esset, primum constituisse. — § 1. Præ-

31. L. 75, supr. h. t. — 32. L. 108, § 8, supr. de legat. 1. — 33. L. 32, supr. h. t. — 34. Arg. L. 49, supr. eod. — 35. L. 116, L. 201, L. 229, § 1 et ult. infr. eod. § ult. Inst. qui testam. tut. — 36. Immo vide L. 7, in fin. supr. quod cuiusvisque univers. — 37. L. 2, in pr. supr. L. 139, in pr.; L. 147, infr. h. t. — 38. L. 82, supr. ad leg. Falcid. — 39. L. 61, supr. d. t. — 40. L. 81, § 3, supr. de legat. 3. — 41. L. 58, § 6, supr. de adil. edict. — 42. L. 68, in fin. supr. de iure dot.; L. 26, in fin. supr. de pact. dotal.; L. 41, in fin. pr. supr. de verb. oblig. — 43. Confer. L. 69, § 4, supr. de evict.; L. 8, § 5; L. 9, supr. de liberat. legat.; L. 32, L. 81, L. 82, L. 111, supr. de condit. et demonst.; L. 22, in fin. supr. de monum. testam.; L. 41, § 7, supr. de fideicom. libert.; L. 4, C. de testam. manum. — 44. L. 25, in fin. supr. de evict. — 45. L. 126, infr. h. t. — 46. L. 50, § 1, supr. ad SC. Trebell. — 47. L. 54, in pr. supr. de vulg. et pupill. subst.; L. 9, in pr. supr. de reb. dub.; L. 2, § 2 et 4, supr. de suis et legat. — 48. d. L. 54, in pr.; L. 1, § 1, supr. de bon. poss. secund. tob.; d. L. 9, in pr.; L. 268, in pr.;

dia, dicimus aliquorum esse, non utique communiter habentium ea, sed [vel] alio aliquid habente.

97. *Idem*, lib. 52 Digestorum.  
 Cum stipulamur, *Quanta pecunia ex hereditate Tuii ad te pervenerit*, res ipsas, quæ pervenerunt, non pretia earum spectare videmur.

98. *Idem*, lib. 59 Digestorum.  
 Cum bisextum kalendis est: nihil refert, [utrum] priore, an posteriore die quis natus sit, et deinceps sextum kalendas ejus natalis dies est: nam id bidaum pro uno die habetur: sed posterior dies intercalatur, non prior: ideo quo anno intercalatum non est, sexto kalendas natus: cum bisextum kalendis est, priorem diem natalem habet. — § 1. *Cato* putat, mensem intercalarem additiciam esse, omnesque ejus dies pro momento temporis observat, extremoque diei mensis februarii adtribuit Quintus Mucius. — § 2. Mensis autem intercalaris constat ex diebus viginti octo.

99. ULPIANUS, lib. 4, de Officio consulis.  
 Notionem accipere possumus, et cognitionem et jurisdictionem. — § 1. *Continentes provincias* accipere debemus eas, quæ Italiae junctæ sunt: utputa Galliam: sed et provinciam Siciliam magis inter continentes accipere nos oportet, quæ modico freto Italia dividitur. — § 2. *Instrumentorum* appellatione quæ comprehenduntur, perquam difficile erit separare: quæ enim proprie sint instrumenta, propter quæ dilatio danda sit, inde dignoscimus, si in presentiam personæ, quæ instruere possit, dilatio petatur: puta qui actum gessit, licet in servitute, vel qui actor fuit constitutus, putem videri instrumentorum causa peti dilationem.

100. *Idem*, lib. 2, de Officio consulis.  
 Speciosas personas accipere debemus clarissimas personas utriusque sexus: item eorum, qui ornamentis senatoriis utuntur.

101. MODESTINUS, lib. 6 Differentiarum.  
 Inter stuprum, et adulterium, hoc interesse quidam putant, quod adulterium in nuptam, stuprum in viduam committitur: sed lex Julia de adulteriis hoc verbo indifferenter utitur. — § 1. *Divortium* inter virum et uxorem fieri dicitur: *repudium* vero sponsæ remitti videtur: quod et in uxoris personam non absurde cadit. — § 2. Verum est, *morbum* esse temporalem corporis imbecillitatem, *vitiium* vero perpetuum corporis impedimentum: veluti si talum excussit: nam et luscus itaque vitosus est. — § 3. Servis legis etiam ancillas deberi, quidam putant: quasi commune nomen utrumque sexum continet.

102. *Idem*, lib. 7 Regularum.  
 Derogatur legi, aut abrogatur. *Derogatur* legi, cum pars detrahatur; *abrogatur* legi, cum prorsus tollitur.

103. *Idem*, lib. 8 Regularum.  
 Licet capitalis latine loquentibus omnis causa existimationis videatur: tamen appellatio capitalis, mortis, vel amissionis civitatis intelligenda est.

104. *Idem*, lib. 2 Excusationum.  
 [H] τῶν τέκνων προστάτης καὶ ἐπὶ τοῖς ἐγγύτοις ἐκείνους. Natorum appellatio et ad nepotes extenditur.

105. *Idem*, lib. 2 Responsorum.  
 Modestinus respondit, his verbis, *libertis, libertabusque meis*, libertum libertæ testatoris non contineri.

106. *Idem*, lib. singul. de Præscriptionibus.  
*Dimissoria litem* dicuntur, quæ vulgo apostoli dicuntur: dimissoria autem dictæ, quod causa ad eum, qui appellatus est, dimittitur.

107. *Idem*, lib. 3 Pandectarum.  
*Adsignare* libertum, hoc est, testificari, cujus ex liberis libertum eum esse voluit.

108. *Idem*, lib. 4 Pandectarum.  
*Debitor intelligatur* is, a quo invito exigi pecunia potest.

L. 165, in pr. infr. h. t. — 49. L. 59, § 2, supr. de statulib. — 50. L. 21, in fin. supr. de legat. 2, L. 95, § 1; L. 100, in pr. supr. de legat. 3. — 51. L. 160, infr. h. t. — 52. L. 112, infr. eod. § 5, Inst. de rer. divis. — 53. Arg. L. 25, in pr. supr. h. t.; L. 6, § 1, supr. de divis. rer.; L. 10, supr. de auro. Immo vide L. 46, supr. de ritu nupt.; L. 75, supr. de legat. 3. — 54. Adde L. 29, § 2, supr. d. t. de legat. 3. — 55. L. 222, infr. h. t. — 56. L. 5, § 3, supr. de minor. — 57. L. 5, supr. de re judic. — 58. Adde L. 7, supr. de feris. — 59. L. 1, supr. de fide instrum. — 60. L. 6, § 1, supr. ad leg. Jul. de adult. — 61. L. 131, infr. h. t. — 62. L. 1, § 7, supr. de adil. edict. — 63. L. 40, § 1, supr. h. t.; L. 62, in fin.; L. 81, in pr. supr. de legat. 3. — 64. L. 2, supr. de publ. judic.; L. 2, L. 28, supr. de pen. — 65. L. 2, § 7, in fin. supr. de excusat. adde L. 56, § 1, supr. h. t. — 66. L. un. supr. de libell. dimissor. — 67. L. 1, supr. de adsign. libert.

109. *Idem*, lib. 3 Pandectarum.  
*Bonæ fidei emptor* esse videtur, qui ignoravit eam rem alienam esse: aut putavit eum, qui vendidit, jus vendendi habere, puta procuratorem, aut tutorem esse.

110. *Idem*, lib. 6 Pandectarum.  
*Sequester* dicitur, apud quem plures eandem rem, de qua controversia est, deposuerunt: dictus ab eo, quod occurrenti, aut quasi sequenti eos, qui contendunt, committitur.

111. JAVOLENUS, lib. 6, ex Cassio.  
*Censeri* est constitui, et præcipere: unde etiam dicere solemus, *Censeo hoc facias*, et semet aliquid censuisse. Inde censoris nomen videtur esse tractum.

112. *Idem*, lib. 11, ex Cassio.  
*Litus publicum* est eatenus, qua maxime fluctus exæstuat. Idemque juris est in lacu, nisi is totus privatus est.

113. *Idem*, lib. 14, ex Cassio.  
*Morbis soticus* est, qui cuique rei nocet.

114. *Idem*, lib. 15, ex Cassio.  
*Solvendo esse* nemo intelligitur, nisi qui solidum potest solvere.

115. *Idem*, lib. 4 Epistolarum.  
 Quæstio est, fundus a possessione, vel agro, vel prædio quid distet? *Fundus* est omne, quiddam solo tenetur. *Agro* est, [si] species fundi ad usum hominis comparatur. *Possessio* ab agro juris proprietate distat: quiddam enim apprehendimus, cujus proprietatem ad nos non pertinet, aut nec potest pertinere, hoc possessionem appellamus. *Possessio* ergo usus, ager proprietatis loci est. *Prædium* utriusque superscriptæ generale nomen est: nam et ager et possessio hujus appellationis species sunt.

116. *Idem*, lib. 7 Epistolarum.  
*Quisquis mihi alius filii filiusve heres sit*, Labeo, non videri filiam contineri: Proculus contra: mihi Labeo videtur verborum figuram sequi, Proculus mentem testantis; respondit: Non dubito, quin Labeonis sententia vera non sit.

117. *Idem*, lib. 9 Epistolarum.  
 Non potest videri minus solvisse is, in quem amplioris summæ actio non competit.

118. POMPOSIUS, lib. 2, ad Quintum Mucium.  
*Hostes* hi sunt, qui nobis, aut quibus nos publice bellum decrevimus: cæteri, latrones aut prædones sunt.

119. *Idem*, lib. 5, ad Quintum Mucium.  
*Hereditatis* appellatio sine dubio continet etiam damnosam hereditatem: juris enim nomen est, sicuti bonorum possessio.

120. *Idem*, lib. 8, ad Quintum Mucium.  
 Verbis legis tabularum his, *Uti legassit suæ rei, ita jus esto*, latissima potestas tributa videtur, et heredis instituendi, et legata, et libertates dandi, tutelæ quoque constituendi: sed id interpretatione coangustatum est, vel legum, vel auctoritate jura constituentium.

121. *Idem*, lib. 6, ad Quintum Mucium.  
 Usura pecuniæ, quam percipiunt, in fructu non est: quia non ex ipso corpore sed ex alia causa est, id est, nova obligatione.

122. *Idem*, lib. 8, ad Quintum Mucium  
 Servius ait: Si ita scriptum sit, *Filio, filiisque meis hosce tutores do*: masculis duntaxat tutores datur: quoniam singulari casu hoc, *filio*, ad pluralem videtur transisse, continentem eundem sexum, quem singularis prior positus habuisset: sed hoc facti, non juris habet questionem: potest enim fieri, ut singulari casu de filio senserit, deinde plenius omnibus liberis prospexisse in tutore dando voluerit, quod magis rationabile esse videtur.

123. *Idem*, lib. 26, ad Quintum Mucium.  
 Verbum *erit* interdum etiam præteritum, nec solum futurum tempus demonstrat: quod est nobis necessarium scire, et cum codicillis ita confirmati testamento fuerint, *Quod in codicillis scriptum erit*: utrumque futuri temporis demonstratio fiat, an etiam præteriti, si ante scriptos co-

68. L. 6, L. 17, in pr. supr. depositi. — 69. L. 96, supr. h. t. — 70. L. 4, § 5; L. ult. § 1, supr. de adil. edict. — 71. L. 60, supr. h. t. — 72. L. 27, in pr. supr. eod. — 73. L. 122, L. 201, infr. eod.; L. 16, in pr. supr. de testam. tut.; L. 45, in pr. supr. de legat. 2. — 74. L. 254, in pr. infr. h. t.; L. 24, supr. de captiv. — 75. L. 5, in pr. supr. ad leg. Falcid.; L. 3, in pr. supr. de bon. poss. — 76. L. 50, in pr. supr. de hered. petit.; § 2, Inst. de reb. corporal. — 77. L. 205, infr. h. t.; L. 3, § 1, supr. de bon. posses. — 78. Inst. de lege Falcid. in pr.; N. 2 c. 2. — 79. L. 80, supr. h. t. — 80. L. 1, in pr. supr. de testam. tut.; L. 53, supr. h. t. —

dicillos quis relinquat: quod quidem ex voluntate scribentis interpretandum est. Quomodo autem hoc verbum *est*, non solum præsens, sed et præteritum tempus significat: ita et hoc verbum *erit*, non solum futurum, sed interdum etiam præteritum tempus demonstrat: nam cum dicimus, *Lucius Titius solutus est [ab] obligatione*: et præteritum et præsens significamus: sicut hoc, *Lucius Titius alligatus est*: et idem fit, cum ita loquimur, *Troja capta est*: non enim ad præsentis facti demonstrationem referatur is sermo, sed ad præteritum.

124. PROETIUS, lib. 2 Epistolarum.  
 Hæc verba, *ille aut ille*, non solum disjunctivæ, sed etiam subdisjunctivæ orationis sunt. Disjunctivum esse, veluti cum dicimus, *aut dies aut nox est*, quorum posito altero, necesse est, tolli alterum: item sublato altero, poni alterum: ita simili figuratione verbum potest esse subdisjunctivum. Subdisjunctivi autem genera sunt duo. Unum, cum ex propositis finibus ita non potest uterque esse, ut possit neuter esse: veluti cum dicimus, *aut sedet aut ambulat*: nam ut nemo potest utrumque simul facere: ita aliquis potest neutrum, veluti is, qui accumbit. Alterius generis est, cum ex propositis finibus ita non potest neuter esse, ut possit utrumque esse, veluti cum dicimus, *omne animal aut facit, aut patitur*: nullum est enim, quod nec faciat, nec patiatur: at potest simul et facere, et pati.

125. *Idem*, lib. 3 Epistolarum.  
 Nepos Proculo suo salutem: Ab eo, qui ita dotem promisit: *Cum commodum erit, dotis filie meæ tibi erunt auri centum*, patasne, protinus nuptiis factis dotem peti posse? quid, si ita promississet, *Cum potero, doti erunt*? quod si aliquam vim habeat posterior obligatio, *post* verbum quomodo interpretaris? utrum ære alieno deducto, an extante? Proculus: Cum dotem quis [ita] promisit, *Cum potero, doti tibi erunt centum*: existimo, ad id, quod actum est, interpretationem redigendam esse; nam qui ambigue loquitur, id loquitur, quod ex his, quæ significantur, sensus est tamen, ut hoc cum sensisse existimem, deducto ære alieno potero, potest etiam illa accipi significatio, cum salva dignitate mea potero: quæ interpretatio eo magis accipienda est, si ita promissum est, *cum commodum erit*, hoc est, cum sine incommodo meo potero.

126. *Idem*, lib. 6 Epistolarum.  
 Si, cum fundum tibi darem, legem ita dixi, *Uti optimus maximusque esset*: et adjecti, *jus fundi deterius factum non esse per dominum, præstabitur*: amplius eo præstabitur nihil: etiam si prior pars, qua scriptum est, *Uti optimus maximusque sit*, liberum esse significat: eoque, si posterior pars adjecta non esset, liberum præstare deberem: tamen inferiore parte satis me liberatum puto, quod ad jura attinet, ne quid aliud præstare debeam, quam jus fundi per dominum deterius factum non esse.

127. CALLISTRATUS, lib. 4, de Cognitionibus.  
*Vestis* appellatione, tam virilis, quam muliebris, et scenica, etiam si tragica aut citharædica sit, continetur.

128. ULPIANUS, lib. 1, ad legem Juliam et Papiam.  
*Spado* un generalis appellatio est: quo nomine tam hi, qui natura spadones sunt, item thlibæ, thlasie, sed et si quod aliud genus spadonum est, continentur.

129. PAULUS, lib. 1, ad legem Juliam et Papiam.  
 Qui mortui nascuntur, neque nati, neque procreati, videntur: quia nunquam liberi appellari poterunt.

130. ULPIANUS, lib. 2, ad legem Juliam et Papiam.  
 Lege obvenire hereditatem, non improprie quis dixerit et eam, quæ ex testamento defertur: quia lege tabular. testamentaria hereditates confirmantur.

131. *Idem*, lib. 3, ad legem Juliam et Papiam.  
 Aliud fraus est, aliud pena. Fraus enim sine pena esse potest: pena sine fraude esse non potest. Pena est noxæ vindicta: fraus et ipsa noxa dicitur, et quasi pænæ quaedam preparatio. — § 1. Inter multam autem, et penam, multum interest: cum pænæ generale sit pomen, omnium delictorum coercitio, multa specialis peccati, cujus animadversio hodie pecuniaria est: pænæ autem non tantum pecuniaria, verum capitatis et existimationis irrogari solet: et multa quidem ex arbitrio ejus

81. Immo vide L. 54, supr. de usur. — 82. L. 116, supr. h. t.; L. 16, supr. de testam. tut. § ult. Inst. qui testam. tut. — 83. L. 18, supr. de iure codicill. — 84. L. 34, § 1, supr. de auro. — 85. L. 90, supr. L. 169, infr. h. t.; L. 75, supr. de evict.; L. 59, supr. de contrah. empti. — 86. L. 1, supr. de hered. petit. — 87. Vide tamen L. 3, § 2, supr. pro secio. — 88. Conf. L. 25, § 2, supr. de adil. edict. — 89. L. 244, infr. h. t. — 90. d. L. 244, in fin. adde L. 15 in pr. supr. ad municipal.